Universitätsbibliothek Paderborn

# Ioannis Malderi Episcopi Antverpiensis S. Th. quondam Louanij Professoris Tractatvs De Sigillo Confessionis Sacramentalis

**Malderen, Jan van**

**Antverpiæ**

Capvt XXII. An in Confessione sequenti possit Confessarius sine causa iusta & consensu pœnitentis loqui pœnitenti de auditis ab eodem in præcedenti Confessione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41093

Visual Library

# CAPVT XXII.

## *An in Confeſsione ſequenti poſsit Confeſſarius ſine cauſa iuſta & conſenſu pœnitentis, loqui pœnitenti de auditis ab eodem in præcedenti Confeſsione.*

RESPONDEO: Poteſt Sacerdos vti ſcientia prioris Confeſſionis, quatenus opus eſt ad directionem pœnitentis in præſenti Confeſſione; & eo ipſo quo ad Confeſſionem accedit, ſatis ad hoc cenſetur conſenſiſſe: vult enim iuuari in ſtatu animæ ſuæ, & res ſcitur fore ſecretiſſima propter Sigillum. Sanè ſicuti quando extra Confeſſionem de peccato quod confeſſus eſt conſulit Confeſſarium, iam ſatis ei dat licentiam de eo loquendi; imò hoc ipſum requirit ab eo: ita ſimiliter quando ſtatum animæ ſuæ exponit, & de eo iudicari & tractari vult in ſecunda Confeſſione, ſatis cenſetur de neceſſariis ad bonam Confeſſionis directionem Confeſſario tractandi ſecum poteſtatem facere. Quod magis locum habet, quando peccata prioris Confeſſionis ſunt aliquo modo circumſtantiæ peccatorum in ſecunda Confeſſione expreſſorum. Ita Henriques lib. 3. de Pœnitentia cap. 2. num. 7. Quando ergo narrat pœnitens peccata eiuſdem

*An Confeſſor in ſequenti Cōfeſſione poſſit meminiſſe priùs confeſſorum.*

dem rationis cum illis, quæ eidem Sacerdoti pridem eſt confeſſus, poteſt reprehendere Confeſſarius ipſum de ſuo relapſu ſæpiùs facto in eadem peccata, vt benè obſeruat Bonacina diſp. 5. q. 6. ſect. 5. p. 4. n. 8. qui pro eadem alios citat, Onuphrium, Sanchium & Nauarrum.

FINIS.

INDEX

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN